

Vc  
4196





33 = 6.

Vc  
4196

Eusebius Evangelico-Botanicarum  
Status modernus  
1632.





ECCLESiarum  
Evangelico-Bohemiarum

*Status modernus*

ORBICHL.  
STIANO

*Cum ad informandas, erudiendas ac erigen-  
das rectas*

*Tum admonendas, movendas persuadendasq;  
deviantes mentes,*

*Mense Junio*

*ANNI CLO I C XXXII.*

*Fideli narratione expositus.*



*WITTEBERGÆ,*

*Ex Officinâ Typographicâ AMBROSII ROTHI, Acad. Typ.  
ANNO M DC XXXII.*

ECCLESIA ROMANA  
EVANGELICO-Bогословицио


ORBI CHRI

PSAL. 2. V. 10. II. 12.

Nunc Reges intelligite : erudimini, qui iudicatis terram. Servite Domino in timore & exultate circum tremore.

Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, beatiorum qui confidunt in eo.





Eclesiam in his terris militantem, multis iisque gravissimis de causis, visum est Spiritui Sancto, cum muliere parturiente, Lunâ, naviculâ, ovili, Liliis inter spinas, hortulo concluso, agro consito, vineâ, & aliis similibus conferre. Est siquidem perpetuis vicissitudinibus certisque continuarum mutationum periodis obnoxia; dum modò crescat, modò decrescat, jam floreat atq; assurgat, jam depereat, atq; declinet, nunc congregatecetur cum jubilo, nunc dissipetur cum nubilo.

Quod quām certum sit, historiæ tam sacræ quām prophane omnium ætatum ab ipso orbe condito, in primis verò nostra hæc postrema & exulcerata tempora, sufficientissimè attestantur. Et ne peregrina in exemplum trahantur, licet potentiissimi, longeq; florētissimi Regni Bohemiæ statum modernum contemplari, ejusque fortē Orbi Christiano ob oculos ponere.

Etenim quia Primarium Sacri Romani Imperii membra est, ejusque gloria cum accenso Sacro Sancti Evangelii, post aliquot seculorum tenebras, lumen, primū in hoc solo; tūm tot felicissimorum inter Christianos Imperatorum, foto altoque throno, in supremum honoris famæque gradum ascendit, præter alias Europæas Provincias, maximis etiam rerum vicissitudinibus & infinitis penè mutationibus involu-

tum fuit. Ut enim superiorum ætatum res maximè memorabiles silentio involvantur, loquentibus scilicet adhuc Sylvio, Dubravio, Cosmâ, Picolomineo, Gutteno, Halecio, Lupacio, Pontano, Weleslavino, Paproczky &c. Cui ignotæ erunt sub Imperatoribus ac Regibus, Wenceslao, Sigismundo, Alberto, Ladislao, Georgio Podiebradio, Vladislao, Ludovico, Ferdinando Primo, Maximiliano Secundo, Rodolpho Secundo, Matthia II. Ferdinando II. hoc moderno, res gestæ? cum ex tot Regibus unicus saltem Podiebradius partes Evangelicas ex professo fuisset sequitus, reliquis omnibus Romano-Catholicam religionem profitentibus. Ab Anno certè 1410. continuis exagitata fluctibus, & desolationem florentissimæ Academiæ Carolinæ Pragensis 40000, vel ut alii 24000, aut ad summum 14000. Academicis intra octodiu dilapsis, vidit, & copiosū sanguinē pro Christi nomine fusum, Hussio & Hieronymo à Constatiensi Cōcilio, ad rogum damnatis, reliquis omnibus proscriptis, Regno prædæ exposito, heresēs condemnatis Ecclesiis, & corā universo Orbe Christiano infamiæ nota diffamatis Proceribus, non sine acerbissimo dolore sensit.

Ferdinandi I. dura certè fuit in Gentem fideitennacem animadversio : Quia enim confederato suo, Johanni Friderico, Electori Saxoniæ, constanter adhærerent, capto Principe, vici; multi vita, omnes bonis, plurimi Patriâ, trecenti Pastores Evangelici officio & natali solo orbati, orbis fabula faci sunt. Certè fabula. Maximilianus siquidem benignus Princeps, Confessionem fidei Christianæ ab Ordinibus Evangelicis

imè  
cili-  
co,  
no,  
ori-  
,La-  
co,  
lol-  
Her-  
Po-  
se-  
reli-  
on-  
tissi-  
t alii  
octi-  
no-  
Cō-  
scri-  
natis  
miæ  
do-  
ite-  
suo,  
rad-  
bo-  
icio  
ertè  
eps,  
nge-  
licis

licis clementissimè accepit, benevolè legit, & revo-  
catis exulibus, publicum religionis exercitium in Re-  
gno concessit. Magna hæc fuit gratia, ingensque bo-  
num à tanti Parentis tanto filio, in fidelissimos status  
cœlitùs quasi collatum. Sed majora per Nepotem  
boni Patris optimum Filium Rodolphum primogeni-  
tum, visum fuit Regum Regi Opt. Max. in Ecclesiam  
conferre.

Ille namque submissis fidelissimorum Regni or-  
dinum, postulatis admissis, magnorum etiam atque  
Potentissimorum Principum, puta Matthiæ II. Regis  
Hungariæ, Fratris Germani, Friderici Palatini, Chri-  
stiani II. Saxoniæ, Johannis Sigismundi Brandenburgi-  
ci, Electorum, Philippi Ludovici Comitis Palatini,  
Henrici Julii Ducis Brunsvicensis, &c. intercessionib⁹  
solennibus consideratis, simulque officio divinitus  
concesso, & Paci publicæ invigilans, omnibus Regni  
Incolis, liberum religionis Evangelicæ exercitium, se-  
cundum Confessionem Bohemicam, quam veram,  
invariata illam Augustanam, omnes pii ac genuini  
Gnati, Nothis duntaxat exceptis, ultrò fatentur, con-  
cessit: Singulari diplomate, Literas Majestaticas vo-  
cant, confirmavit: Consistorium cum Academiâ,  
Ordinibus tradidit, vel potius restituit; Amnistiam in-  
ter Romano- & Evangelico-Catholicos sancivit, atq;  
ita sublatis diffidentiæ ac turbarum fomitibus, inter-  
subditos confidentiam, in Regno pacem, in Orbe  
Christiano rāmam ac gloriam propagavit. Aurea  
seculatum redire videbantur: Ecclesia florere, Aca-  
demia resurgere, totum Regnum vires atque robur  
acquirere feliciter incipiebat. Jam tempora Evange-  
licis

licis & in Metropoli, & in toto Regno restituebantur,  
vel noviter ut Palæo-ad Salvatorem & Micro-Pragæ  
ad S.S. Trinitatem sumptibus maximè Electorum ac  
Principum Imperii, præcipue Saxonis, ædificabantur:  
Episcopi, Pastores, Diaconi aliquæ ministri Ecclesiæ  
præponebantur, rem Ecclesiasticam prudenter ac piè  
administrantibus, primùm Nobili ac Reverendo ad-  
modum Sene Eliâ Sudo de Semaninâ, postea Rev-  
rendiss. atque Eximio Viro Sigismundo Crinito, po-  
stremum Honorando ac Prudentiss. Sene Georgio  
Dicastro Mirzkovino, Consistorii Evangelici Pragen-  
sis Administratoribus. Cum interim res Academicæ  
sub Bacchacio, Hubero, Jessenio, Campano, Hagio-  
chorano, Laurentio, etiam sub Magnificis ex Illustri  
Prosapiâ prognatis Rectoribus, Comite Sslikio, Baro-  
nibus de Zierotin, Ronow, Fünfkirch, Gerstorff &c.  
paulatim caput ad tydera tollere animadverterentur.  
Sed cheu quàm dolore mixtum gaudium, quàm nimis  
angusto halcyonia dudum expectata inclusa gyro!  
Post Passavican irruptionem, post tot tantasque ultro  
citròque inter Rômano- & Evangelico-Catholicos  
vel particulares vel publicas digladiationes, vel litatio-  
nes, concursusque, Annus vigesimus suprà M.DC. Bo-  
hemis fatalis, quid Bohemis? imò omnibus & singulis  
Europæis Gentibus advenit: Postquam etenim Im-  
perator S. R. J. maximis adjutus copiis, Bohemos, ut  
tum conclamatum erat, rebelles, in ordinem redigis-  
set, stricto jure in devictos animadvertere statuens,  
hos ferro vel sublatos, vel mutilatos; illos perpetuis  
carceribus, alios clavis, virgisque, Administratorem  
verò cum Consistorio, & Ministerio, brevi post cum.

Acade-

Academiâ quoque proscriptione tollere constituit;  
Insuper reformatione per quatuor ad id delegatos  
commissarios, aliquot annorum cursu continuatâ,  
omnes cujuscunque ordinis, ætatis, & conditionis  
Christianos tam Senes, quam Juvenes, tam viros quâ  
fœminas, viduas & virgines, magnos & parvos, Divi-  
tes & pauperes, Dominos & Servos, uno verbo sine  
discretione omnes, quotquot in modernam Roma-  
nam fidem jurare recusaverint, exulatum ire jussit.

Decennium integrum his artibus consumptum,  
Pacem & securitatem credulo Orbi persuadere præ-  
sumebat; Cum interim afflictissimi exules, cum con-  
jugibus & gregibus liberorum passim per Imperium  
oberrantes, contrita corda, aridas manus, supplices  
lachrymas coram regnantis in seculorum secula thro-  
no, etiam atq; etiam profundere, foresq; misericor-  
diæ Divinæ confidenter pulsare, non prætermitterent.

Sed ecce! dum desperatæ omnino videntur  
res Evangelicæ, dum subacto Imperio, devictis Princi-  
pibus, pro arbitrio vexatis potentiss. Urbibus, etiam  
distributis opimis, nimis quidem tempestivè, spoliis,  
novam formam Europæus Orbis induere satagit; se-  
ptentrionalis coangustato Thesbyc apparent nubecu-  
la, quain lachrymosis attrahentes suspiriis devoti, Lip-  
siaca tonitrua, fulmina, imbræ, ad refocillandas ari-  
das oppressæ Christianitatis animas, impetravere.  
Unde factum, ut post debellatam Borussiam, Pome-  
raniam, utramque Marchiam, recuperato Germaniæ  
Primatu, Thuringia, Franconia, fracto Ligistarum cor-  
nu, Augusto-Sveco ulterius signa in Imperium pro-  
movente, Saxo etiam per Lusatiam, in Bohemiam it-

ruptio-

ntur,  
ragæ  
n.ac  
tur:  
esiis  
c piè  
ad-  
eve-  
po-  
rgio  
gen-  
nicæ  
gio-  
ustri  
aro-  
&c.  
ntur.  
imis  
yo!  
altro  
icos  
atio-  
Bo-  
gulis  
Im-  
s, ut  
egif-  
ens,  
rtuis  
rem  
cum  
ide-



ruptionem facere, Victoriae Lipsiacæ beneficio uti, jureque belli amissa recuperare constituit.

Quod dum fit, Bohemi exules cum comite Turnæo Henrico Matthiâ, Regis Sveciæ Generali locū tenente, & apud Elect. Saxoniæ Legato, frequentes Dresdæ conveniunt, de publico Patriæ bono consultant, simulque tam commodam occasionem non negligendam rati, Electorem versûs Bohemiam tendentem, sequendum omnino statuunt. Et quia religionis magis, quam regionis amore flagrabant etiam Pastoribus Evangelicis, hinc inde dispersis, ut unâ in Patriam revertantur autores fiunt, facileque abiis, ut potè hominibus & Ecclesiæ, & Patriæ bonum promovere, studentibus, impetrant. ¶ tandem affulget, dum ecce Elector insigni stipatus Comitatu Dresdâ Pyrnam, hinc Auffichium movens, turmas exulum unâ trahit, quorum præcipui præcurrentes cum bene multis Pastoribus ~~et~~ Litomierzicum pervenere. ¶ quia solennis fuit, placuit operam sacris dare studiis, simulque profeli in Patriam reditu, solennes agere Deo gratias. Sequenti die, ad Metropolim jam à Saxoniceis occupatam, itum, quam etiam Elector magno populi concursu ~~ingreditur~~ plusquam triginta Pastores ex Lusatia in Patriam reduces, honesto ordine rectâ ad Cathedralem Lætæ Curiæ Paroeciam processere, ubi in ipso ingressu in genua procumbentes Spiritus S. gratiam hymnis & precibus imploravere. Quia verò postrema hæc Hebdomas Annum Ecclesiasticum clauderet, consultum fuit Evangelicis initium Novi solenniter inchoare. Communicatis itaque cum iis quibus maximè opus fuit consiliis, auditis Evangelici

Ecclesiastici ministerii sententiis, frustrà obnientibus quibusdam Romano-Catholicis, summo studio Rem Ecclesiasticam aggrediuntur. Et primùm quidem templum Cathedrale antè Lætam Curiam, antiquius ad Evangelicos pertinens, undè antè decennium Administrator Dicatus cum Collegis fuit motus, petunt, ibiq; sacra facere jubent. Commodè adest annua Festivitas Adventus Domini, quam duobus insignioribus factis memorabilem apud posteritatem reddunt Evangelici. Antemeridiano quidem tempore, posteaquam septuaginta Pastores Evangelici, è Parœciâ, bini, per forum Antiquæ Urbis, sonantibus Campanis, in templum Cathedrale sese contulissent, & in choro ad genua procumbentes sacra peragerent, magnâ frequentiâ & devotione undiquaque concurrente populo, adsunt, Deoquc Opt. Max. pro visitatione Ecclesiæ in hac afflitionissimâ Gente solennes gratias agunt.

Pomeridiano verò, Procerum Regni, antè decennium decollatorum capita, caveis ferreis in sublimitate turris, quæ ad Pontem versus antiquam urbem, in terrorem debellatae Gentis à Carnifice inclusa, jam à primariâ Nobilitate deposita, loculo holoserico obducto imposita, & à Ministerio, ad Cathedralēm Esiām cuni Psalmodiis, & devotis cantionibus dedūcta, rerum vicissitudines attoniti considerantes, fere trum frequentes sequuntur.

Ita jactis initiiis accedente Ministerii consensu, & judicio, ut res Ecclesiastica cò feliciores facilioresque radices agat, Consistorium quam primum ordinare, non abs re judicatum est.

Ergò iidem Proccres magno numero congrega-



ni resignatis plusquam septuaginta Pastorū votis, integrâ fide, re pensitatâ Consistoriū hoc modo disponūt.

Magistrum Samuelem Martiniū de Drazowa, Bohemo-Pyrnensis per quadrienniū & jam Cathedralis Ecclesiae antè Lætam Curiā Pastorē, Administratorem.

Adamum Clementem ad Divi Wenceslai.

Johannem Rosacium Micro Pragæ.

Magistrum Paulum Krupium ad D. Henricum.

Magistrum Johannem Hertviczium in Illustri Wittebergâ decennalem Hospitem, ad D. Stephani Majoris & Apollinaris in Monte Ventoso.

Stephanum Olomuczansky ad D. Petri Neo Pragæ, Pastores, Assessores salutant: Consistorium ipsis committunt, & unâ cum Magistris reliquis, Academiam etiam commendant.

Interim Jesuitæ circâ Natalitia Domini à bellico praesidio, salvo dato conductu, salvis etiam ipsorum bonis, Pragâ dimittuntur, quâ opportunitate usi Administrator reliquique Magistri, ne Collegia Carolinæ Academiæ vim militarem, contrâ ius fasque sentiant, Literas Salvæ Quardiaæ, ut vocant, à locum tente Electorali impetrant; In tutelam tanquam jurati Filii accipiunt, Classes pro juventute publico programmate erigunt, & ne omnino sine certo recto que ordine, tam pulchra initia diffluant, Collegio Carolo aliâs Magno præpositū Administratorē Martinium, Academiæ verò quæstorem, & Consistorio Secretarium Magistrum Johannem Hippium noviter eligūt.

Ex hoc fundamento, tam feliciter jacto, infinita subsequebantur bona: Antè alia lato Evangelii nuntio recreati Bohemi catervatim ad participanda cœlestia illa beneficia accutrant: Verbum Dei purè prædicatum insigni cum devotione audiunt; In religione Evangelicâ qui permanerant, divina auxilia; lapsi v. im-

mensā Dei O.M. misericordiā &c. humiliiter prædicat.

Inter alia admodū memorabilia, hoc quāsi admirabile obseruatū est: Posteaquā tot annis tam violenter attentata fāviisset in Evangelicos persecutio, ita ut morte piādū nefas esset in toto Regno dici Christianū Evangelicū, reperti sunt nihilominus intrā mensem in urbe & vicinia ad duo millia, qui genua non flexerunt corām Maofim, & intra paucas septimanas ad quinque millia corū, qui post lapsū, audita lētiunēci prædicatione, seriō deplorarūt temerariū ausum: tam potens fuit igneus sermo in cordibus resipiscētium.

Prætereā apertis classibus Academicis intrā dies aliquot, plusquam ducenti ē Nobilitate, civibus, aliisq; incolis, in Collegium Carolinum convenēre, manda- ta ac præcepta observaturi.

Ecclesiæ interē Pragenses, quottidiē concurren- tibus fidelibus, crescente confessorum numero, ma- ximē florere videbantur. In Cathedrāli Lætæ-Curiensi templo cū Administratore Martinio, Matthias Kro- cynowsky quondam Richnovii, Johannes Sseyda, Neo-Lyssii Pastores, Johannes Hajeczius, & Rey- mundus Rzimsky abjurato Monachatu Diaconi, sediu- lam concionibus Evangelicis navabant operam.

Micro-Pragæ Johannes Rosaciū Assessor, adjun- tis M. Daniele Algino Wranensi, & M. Johanne Landtsmanno, quondam N. Pastoribus, Collegis, Rei Ecclesiasticæ invigilabant.

M. Paulius Crupius Consistorii Assessor, ad D. Hen- rici Neo-Pragæ Pastor, cum Venceslao Machaone, & Venceslao Paczovino Reimpublicam cū Eccle- siasticam tūm literariam feliciter promovebant.

M. Johannes Hertviczius ad Divi Stephani Majoris, & S. Apollinaris in monte ventoso, cum Matthæo Pirynæo olim Bezdiediczensi Pastore Collegâ, antē

decennium brachio seculari ablatum, vicissim Wittebergā redux, officium Ecclesiasticum aggreditur.

Stephanus Olomuczansky Assessor ad Divi Petri NeoPragæ cum Matthia Przibislausky sacra procurant.

Victorinus Mantinæus ad D. Adalbert Major. Jac. Jacobides ad D. Martini, M. Daniel Bobrovius templo Bethleemitico, & M. Matthias Georgines corporis Christi sacello interim præfunt: Magistro Thobiâ Adalberto, Clementensi Pastore in Collegio Cypriano, & Matthiâ Janda Pastore Michaelensi, apud amicos commodam promotionem expectantibus. In templis Germanicis etiam cum Classici tum iis adjuncti sedulò officium faciebant Pastores, Martino Pelargo, maximè constanter ad Salvatoris ædem permanente.

Tam pio atque indefesso dictorum Theologorum labori copiosè ex alto benedixit omnipotens, adeò ut Pragæ tantum, viginti quatuor templis antiquis ad Evangelicos pertinentibus, antè decenniū decimum ad Romano - Catholicos translatis, noviter pacificè recuperatis, ubique sonante Evangelio, iam angusto spacio, plusquam quindecim millia animarum ab Evangelicis, horrenda & inaudita persecuzione ab alienatarum, ad Ecclesiam iterum sponite cum gaudio & exultatione redierint.

Quinque etiam Ecclesiæ Ministri duris diuturis que carceribus à Pontificiis fracti, & ad lapsum protracti, tempestivè reatu agnito, seriam pœnitentiam, privatim & publicè, confessione & revocatione declarârunt.

Hæc

Hæc dum ita fiunt Evangelicis teto corde trans-  
actioni inter partes dissentientes intentis, & non nisi  
pacem ingeminantibus, svadentibus, orantibus, infe-  
licissimi belli apparent, nova fulgura atque toni-  
trua. ¶ namque Maij signa Waldsteyniana advo-  
lant, & unâ emissus tubicen deditonem Urbis &  
arcis flagitans, quod dum Saxonius Commenda-  
tor de Wilsdorff animosè denegat, circa horam no-  
ctis, juxta integrum horologium, secundam, sclope-  
tis & tormentis res agi cœpta est, nox subsequens  
valdè turbata continuis explosionibus, fragore, & cla-  
more consumebatur. ¶ tandem circâ horam 8. di-  
midiatî horologii, posteaquam Generalissimus, Dux  
Fridlandiæ propugnaculum, ad Sacellum D. Lauren-  
tii assiduis fulminationibus disjecisset, & armato mili-  
te, undiquaque mœnia cinxisset, irruptio in urbem  
MicroPragensem Magno impetu facta est. Quod ob-  
servantes Saxonici, & ii qui in arce ab his qui per Pon-  
tem ex Antiquâ Urbe Micro-Pragam cóntendebant,  
profundâ intercapedine dissiti, de Induciis cum Du-  
cce Fridlandiæ agunt: suspensione ergo armorum pu-  
blicatâ tandem omnes Saxonici salvi atque incolu-  
mes, etiam cum impedimentis dimittuntur.

Pastores interea Evangelici præsentissimo in pe-  
riculo, cum propter furorem minasque Romanen-  
sium, tum propter irrumpentes armatos constituti,  
nefas etiam putantes publicâ in causa turpi fugâ, in-  
visam salutem quærere, in templo Salvatoris sortem  
quamcunque imponeret Jehova, vel vitæ vel mortis  
patienter expectare constituunt. Eo ergo sese con-  
ferunt M. Martinius, M. Hertwiczius, & Martinus Pe-  
largus primi, postea reliqui, adjungentibus se etiam

Vitte-  
ur.  
i Pe-  
apro-  
r. Jac.  
tem-  
orpo-  
nobia  
Cypri-  
hami-  
. In  
djun-  
Pelar-  
erma-  
logo-  
tens,  
s anti-  
enniū  
oviter  
o, in-  
a ani-  
perse-  
spon-  
iuturi  
n pro-  
ntiam,  
ne de-  
Hæc

Politiciis, adeò ut brevi numero eorum valde nonnihil excrevisset. Ubi jam congregati, modò dulcissimis consolationibus sese erigunt, alii alios solantur, Divina oracula ad praxim accommodant, sortem Ecclesiae, mirasque vicissitudines commemorantes; Modò in genua pro voluti Numen æternum ardentissimis spiritu invocant, misericordiam per J. Christum implorant, præsentissimis auxiliis in tam arduo statu, cœlitus descendendis, turbatas mentes refocillantes; modò hymnis Psalmisque decantatis, animum resumentes, saepius ubi locorum, num in choro, num ad altare majus, vel in umbilico Sacrae ædis, decretoriam horam, iactumque postremum expectare debeant, fraternalis sententiis conferentes.

Ita aliquot horis consumptis repente oritur clamor, pulsatur Janua, vis adhibetur valvis, ingenti boatu compellatur Administrator, claves restituat Cathedralis templi, reddat cum sociis rationem dispensationis. Hoc statu considerato & qui primi vim intentent, ausu inordinato ac temerario cognito, prodit è templo ad valvas solennes cum M. Hertviczio aliisque Administrator, sed dum vix meditullium Arcæ attigissent, ecce duabus ex partibus, ab oriente nimulum & meridie disruptis foribus, fractis asseribus, catervatim irraunt Jesuitici Studiosi, fustibus, gladiis, pugionibus, bombardulis, clavis, aliisque armis instructi, qui obvios quosque invadunt, nonnullos ex Pastoribus humi prostratos pugnis infestant, pallia & vestes discerpunt. Fit clamor & ejulatus ingens, jamque etiam maiores fores è cardinibus summâ vi elidebantur, cum accurrentes ii qui primi veniebant Pastores, januam aperire, irruentibus corpora objicientes, jusscrunt.

Primus



Primus cum magnis cofiotte promiscuae multitudinis, cum Musquetariis & sectæ suæ sociis, adest, Johannes Czechiades Sacrificialus, qui arrepto Administratore, reliquisq; Pastoribus, in templum redire mandat; vix sedato tumultu cum Evangelici furore accensimenter verbis placidis placarent, & ne quid contrarium fasque privato ausu occiperent, monerent; simul ad Generalissimum Fridlandiæ Ducem vel ejus locum. Tenentem, etiam a que etiam provocarent, nomine Eminentiss. Cardinalis ab Harach, Administrator cum Assessoribus, & tot Pastoribus in templo, à præfato sacrificulo, in Arrestum Curiæ Antiquæ Urbis Pragensis abducatus est. Heu quanta mutatio, quam ingens repente vicissitudo accidit! Quam mira metamorphosis! qui antea horam de libertate Christiana differebant, jam capti abducebantur. Ibant per medium forum armatis cincti, præcedente Czechia de tanquam prophano quodam apparitore,

M. Samuel Martinus.

M. Johannes Hertviczius.

Stephanus Olomuczansky.

M. Matthias Georgines.

Victorinus Mantinaeus.

Martinus Pelargus.

Matthias Kroczinousky.

Johannes Scheida.

Venceslaus Machaon.

Venceslaus Paczovinus.

Matthias Przibislausky.

Johannes Hajeczius.

Elias Amosus.

Johannes Lunacius cum famulis.

Quibus

Quibus & in templo & in Arresto sponte se se ad-  
junxit, Nicolaus Dionysius de Daubravinâ Musicus  
insignis chori in Cathedrali templo Rector.

Diversa concurrentis populi tum audivisses judi-  
cia, dum hi suos Pastores dulcissimis verbis anima-  
rent, irent in nomine Domini, vocarent; constanter  
cœlesti veritati darent testimonium, flagitarent, req;  
ipsa quod verbis docuerant, confirmarent; illi vero  
risu & cachinnis misericordia afflictorum insultarent.

Interea in Curiam ventum est, ubi quam primùm  
destinatum locum attigissent Pastores, mox in genua  
provoluti Spiritus S. gratiam hymno usitato & oratio-  
ne Dominica imploravere.

Quod dum vix absolyunt, ecce adducitur Jaco-  
bus Jacobides ad D. Martini & post istum M. Tobias  
Adalbertus ad D. Clementis, Pastores, hic in Colle-  
gio medico quo ante semihoram è templo Salvatoris  
salutatum domesticos concederat, ille vero in Parœ-  
cia capti.

Interim sacrificuli turmis Jesuiticæ juventutis sti-  
pati per templa, Collegia, Parœcias, aliaque hospitia  
discurrunt, bona Evangelicorum rapiunt, distrahunt,  
obsignant.

Quod dum fit M. Johannes Hippius Academie  
Quæstor & Consistorii Secretarius à duobus Plebanis  
comitatus reliquis arrestatis adjungitur.

Quia verò carceris fenestræ fori anteriori parti  
obversæ essent, coquæ multitudo ingens vel suo-  
rum Pastorum preces auditura, vel facies ipsorum ad-  
huc visura confluueret, in aliam partem curiæ arrestati  
trans-

translati sunt; quibus et si conjugum arque liberorum  
salutatio non denegaretur, calamo tamen & charta  
prohibebantur.

Quam acerba interim sors, quam afflictissimus  
status tum piorum virorum fuerit, omnes cordati re-  
rum & Evangelico - & Romano-Catholicarum non  
ignari, facile judicare poterint: Sæpius miseris virgæ,  
flamma, ferrum, funis; quam salus, vita, libertas à non-  
nullis procacioribus vovebantur: Nec erat in urbe  
societas Monachalis, quæ non spectatum accur-  
risset, suasq[ue] partes pro arbitrio cum captivis pertra-  
ctasset.

**¶** Johannes Hajecius è Monacho Fratrum Mi-  
sericordiæ Concionator & Evangelicus factus in Ar-  
chiepiscopalem carcerem frustra intercedentibus at-  
que obsecrantibus Pastoribus rapitur.

**¶** Nicolaus Dionisius inferioribus carceribus  
mancipatur, reliquis non jam Cardinalis, sed Impera-  
toris capti vis pronunciatis, cum interim eodem die  
vicem gerenti Archiepiscopi ejusque Collegis re-  
sponsione ad tria proposita satis esset factum.

**¶** adferuntur decretales, ut quilibet arrestato-  
rum in specie nomen suum subscribat, & bonis Eccle-  
siasticis restitutis, ulterius responsum expectet.

**¶** ipsa die Spiritu S. solenni circa vesperam, ut  
in spatio unius horæ conjuges captivorum cum libe-  
ris in curia compareant, mandatur.

Sequenti mane Judex Cæsaricus evocatos in de-  
cem viratum Pastores amicè compellat, & quæ sit  
mens ex clementia Imperatoris, Ducis Fridlandiæ do-  
cet; hac die nimicum, quam primum equitatus pro  
**C** salvo

salvo conductu ordinatus, advenerit, cùm conjugi-  
bus, liberis, supellecile, reliquisque bonis Pragâ  
ipsis abeundum esse: Providerent ergo de mediis  
tempestive ad commodius iter hoc suscipiendum &  
absolvendum: quod si qui bona sua hac occasione  
efferre non poterunt, licere ipsis amicis & familiari-  
bus ea commendare & quandocunq; tandem ipsis vi-  
sum fuerit repetere. Ejusmodi resolutione audita, gra-  
tiæ sunt actæ, & quia Administratoris ac Secretarii bo-  
na in Collegio Carolino obsignata erant, eo itum,  
sigillisque Jesuiticis amotis, quæ propria quæ publica; s;  
quæ in Bibliotheca, quæ in Typographica officina, de-  
monstratum.

Interim bona Pastorum undiquaque in Curiam  
adferuntur.

Ita distractis, turbatis, suspensisque animis, con-  
clamatur, abeundi tempus adesse; ergo pronunciatis  
ex charta à Judice Cæsareo singulis, ita personatim  
cum conjugibus, liberis & familia, vix palliis arreptis  
dimittuntur; eoque ordine è Curia descendentes,  
bonis omnibus omnino relictis, Pedites, Equitatū  
cincti, per Pontem, Micro-Pragam versus, hinc per  
superiorem urbem Hradczan, Praga iterum disce-  
dere coacti; Velvarium hac die, tertio ab urbe lapi-  
de, & sequenti Doxan, sexto, ab equitatu Fridlandi-  
co deducti sunt: Quo etiam procurante M. Hertvi-  
cio, ad campi Magistrum Arnhemium, Litomerzium  
usque cum tubicine præcurrente, ala equitum Ele-  
ctoralium advenit, captivosque in urbem saluosatque  
incolumes deduxit.

Maxime

Maxime hoc in itinere enituit insignis humanitas Illustrissimi Comitis Callasii Fridlandici exercitus Mareschalli, qui ex ædibus Popelianis tam indignam tractationem Theologorum Augustanæ confessionis, summa cum indignatione cernens, Pragensium inhumanitatem miratus, currum suum proprium, sex generosissimis equis junctis, velocissimo cursu eos subsequi, durissimique itineris molestias levare, jussit.

Equitatus etiam Gallicus deductioni destinatus omnia benevolentia signa, cum lento progressu, tum accommodatione jumentorum, captis declarare, nunquam prætermisit.

Matthias Janda discedentes socios Velvariū tandem affecūtus est.

Reliqui Pastores cum Johanne Rosacio, M. Alginus, Reimundus Rzimsky &c. jam antea cum Electoralibus copiis discessere. Quid interea cum M. Crupio, M. Lancmanio, Matthæo Pirynæo, Eutichetonio & cæteris ætatum fuerit, nihil haec tenus sciri potuit: siquidem neque in arrestum venerunt, neque cum copiis Electoralibus discesserunt. Jam enim & ex vicinis locis, Urbibus, Oppidis, pagis plus quam quinquaginta Pastores, hoc tumultu bellico moti atque pulsi difugere.

Tam infelicem Catastrophen, tamque inopinatam tot Ecclesiarum jacturam, quis Christianorum, sine singultu vel lacrymis potest audire. Meminimus omnium ætatum casibus edocti, mutationes Bohemicas semper Imperio novi aliquid importasse, ergo hoc modernum exemplum non erit despiciendum.

C 2

Vos

jugi  
Pragâ  
mediis  
am &  
sione  
iliari-  
sis vi-  
a,gra-  
ii bo-  
itum,  
blica;  
na,de-  
riam  
,con-  
ciatis  
atim.  
reptis  
entes,  
uitatu  
c per  
disce-  
e lapi-  
landi.  
ertvi-  
rzium  
n. Ele-  
atque  
axime



Vos interim magnates, hujus Occidentalis Plagæ gubernatores, quo usque intestinis bellis ferroque domestico in propria særietis viscera; satis satis superque fusum est sanguinis Christiani.

Vos cum Dii sitis, & filii altissimi omnes, Custodes utriusque Decalogi tabulæ; tutores & nutricii cœlestis Sponsæ; o tandem ad communem Christianitatis tranquillitatem animos convertite.

Quid vos Romano-Catholici tot annis imo seculis in perdendis Evangelico-Catholicis consumptis profeceritis, Imperiū, Gallia, Anglia, Belgium, Dania, Svecia, Polonia, Hungaria, Helvetia, Sabaudia, etiam ipsa Italia, ne Bohemia cum vicinis gentibus in exemplum trahatur, abundè testantur, jam ejicitis, jam ejicimini.

Vestrum est

O Imperator, o Reges, o Principes, laboranti Christiano orbi succurrete; Vos uncti estis Domini, habitis etiam aliquando coram supremo rege, à quo & per quem estis quales quales estis, omnium dictorum, scriptorum, factorum gravissimam rationem redditiuri: utrosque immortalitas imo æternitas expectat.

Quid ergo hic sudamus, quid imaginatione vana immortalitatem in hac mortalitate somniamus.

Romano-Catholici Concesso Evangelico-Catholicæ inter vestrates, religioni libero exercitio, rem publicam servatis, vos ipsos beatis, infinita pericula tollitis, tumultus sedatis, vobis pacem & felicitatem, vestris vero Principibus gloriam famam & immortalitatem creatis.

Vos

Vos etiam Evangelico-Catholici : Tu Augu-  
stissime GUSTAVE ADOLPHE , Rex Christiano  
orbi cœlitus demisse ; Tu Serenissime JOHANNES  
GEORGII, Elector, vos reliqui S.R.I. Electores atque  
Principes, torrentes lacrymarum religiosissimi popu-  
li in conspectum vestrum admittite, audite preces,  
aspicite supplices manus ; Vos vos, afflictissimi Bo-  
hemii, gens hoc in mundo infelicissima, compellant,  
in vobis tanquam in ejusdem religionis sociis, post  
DEUM Opt. Max. plurimum spei collocant. Ad  
thronum vestrum tot Pastores iterum exules cum-  
piis Proceribus SE Suosque greges per sylvas, mon-  
tes, per exterias nationes instar dispersarum Ovieu-  
larum errantes, Tot millenas lanias ad cognitio-  
nem coelestis veritatis, vi S.S. Evangelii Pragæ nuper  
rursum conversas ; aliquot centenos denique emi-  
grantes sub auspiciis vestris in Patriam reduces, clade  
nova Pragensi deprehensos, omnes supremo in dis-  
crimine constitutos, sistunt.

Suscipite curam gentis religiosissimæ & agite;  
juvate, socios afflitos ac promovete ; date pericli-  
tantibus, jamque jamque pereuntibus auxiliares ma-  
nus, ferte suppetias. Sic DEUS Opt. Max. humil-  
limis populi sui exauditis votis, & admissis pro Salu-  
te, Vita, & Felicitate VV. precibus, vobis vicissim ad-  
erit in solatium, Patrocinium, & auxilium. Quemad-  
modum per Esiam Prophetam cap. 58. sancte com-  
promiserat : Cum effuderis esuriensi animam tuam,  
& animam afflictam repleveris, orietur in tenebris  
lux tua, & tenebrae tuae erunt sicut meridies. Et re-  
gimen

quiem tibi dabit homines Deus tuus semper, & re-  
plebit splendoribus animam tuam, & ossa tua li-  
berabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut  
fons aquarum, cuius non deficit  
aqua.

F I N I S.




Absconde fugientes, & vagos ne prodas: habbitabunt apud te Profugimei: Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris, desit enim prædator, finita est vastatio, consumtus est, qui conculcat de terra.

Idem 25. v. 14.

Occurrentes sienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri: cum panibus occurrite fugienti. A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladii evaginati, à facie arcus extenti, à facie gravis prælii.

D. Chrysostomus.

Qualem mercedem habet, qui propter Deum peregrinatur, talem etiam habet, qui recipit peregrinantem: & sunt ambo æquales, & qui propter Deum reficit ac recreat, & qui propter Deum laborat.





ne



QAK 4/195

107



**ULB Halle**  
004 825 527

3





O E v

O

Cum

Tum

Ex Offic

M  
icarum

H R I.

O

as ac erigen-

ers ad end as qz

II.

titus.

OTHI, Acad. Typ

XII.

